



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae
aliquot piaë, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

Haimo <Altissiodorensis>

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1551

VD16 H 222

In die sancto Ascensionis d[omi]ni

urn:nbn:de:hbz:466:1-39335

Et iam non sum (inquit) in mundo, & hi in mundo sunt.] ¶ Significat horam qua transiturus erat ex hoc mundo, & uerbo presentis temporis usus est pro futuro, quia quod cito erat futurum, quasi factum esset, dixit. Quod autem ait, [& hi in mundo sunt,] significat eos, ad quos loquebatur, tardius transire ex hoc mundo. Necessse est enim ut illi remanerent, per quos predicaretur nomen eius sanctum in mundo. Præuidensque quod eos mouere posset, quæ audirent hæc quæ eligerent, adiecit:

Et ego ad te uenio.

ascensionis gloria, per quam eleuatus est homo super altitudinem cælorum, & omnium angelicarum potestatum dignitates, ita ut in dextera dei patris collocaretur.

IN DIE SANCTO ASCENSIONIS domini. Actuum I.

Primum quidem sermonem feci de omnibus o Theophile, quæ cœpit Iesus facere & docere. Et reliqua.

Lucas euangelista, fratres charissimi, qui unum ex quatuor euangelistis scripsit, ipse etiam librum Actuum apostolorum, unde nunc præsens lectio sonat, edidit: ubi & primitus de ultimo conuio, quod dominus post resurrectionem suam cum discipulis suis habuit, simul & de ascensione eius ad cælum, quæ hodie celebramus, mentionem fecit. Exordium enim ipsius libri ita est: [Primum quidem sermonem feci,] id est euangelium, [de omnibus o Theophile] episcope, qui hunc me librum actuum apostolorum scribere cogis. [Quæ cœpit Iesus]

L v

Primo signa monstrando, uel ea quæ ad exempla uitæ pertinebant, [facere&] postea [docere:] quia Iesus bonum doctorem instituens, nulla nisi quæ docuit fecit.

Vsq; in diē qua præcipiens apostolis per spiritum sanctum, q̄s elegit, assumptus est.] **L**ans præcepta ante assumptionem obseruare & adimplere, q̄ uel in hoc libro uel in euāgelij leguntur.

Quibus & præbuit se ipsum uiuū in multis argumentis, post passionē suam per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno dei.]

¶ Per hanc quadraginta dierum cum discipulis conuersationem, significat omnia se tam aperta quam occulta, quæ promiserat, implerurum, ut de multis uel unum dicamus, quod ait: **Mat. ult.** Ecce ego nobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.

Et conuescens præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionē patris.] Quod cibos cum discipulis sumpsit, hoc ideo fecit, ut eandem quam mortuus suscitauerat carnem, palpando atque tractando ueram monstraret. Sequitur:

Luc. 24. Quam audistis, inquit, per os meum: quia Iohannes quidem baptizauit aqua, uos autē baptizabimini spiritu sancto nō post multos hos dies.] ¶ Fuerunt autē iam apostoli aqua baptizati, sed nondum spiritu sancto pleniter, qui eis promittitur post ascensionem illam affuturus. Neque autem ipsi apostoli, neque successores eorum hucusq; in ecclesia aliter q̄ Iohannes Baptista, id est, in aqua baptizare uolebant: sed tamen inuocato

nomine Christi, id est, interior uirtus spiritus sancti, quæ homine in aqua mergente simul animas & corpora purificet, quod in Iohannis baptisma te non fiebat.

Igitur qui cõuenerant, interrogabant eũ dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? ¶ Consequenter de regno dei percontantur, utrum uidelicet mox adueniente spiritu sancto in præfenti esset restituendum, an in futuro sanctis seruandum credere deberent.

Dixit autem eis: Non est uestrũ nosse tempora uel momenta, quæ pater posuit in sua ipsius potestate. ¶ Ostendit quia non expedit nosse nobis mortalibus diem uocationis nostræ, ut semp incerti de aduẽtu iudicis, ita solícite quotidie uiuamus, q̃si die alia ad iudicium, p̃perare debeamus.

Sed accipietis, inquit, uirtutem superuententis spiritus sancti in uos, & eritis mihi testes in Ierusalem & in omni Iudæa & Samaria, & usq; ad ultimum terræ. ¶ Acti diceret: Non enim putare debetis ueniente spiritu sancto in uos, statim huius mundi fieri consummationem, sed uobis tantum uirtutem de me testificandi præbere.

Et cum hæc dixisset, uidentibus illis, eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorũ. ¶

¶ Vbiq; creatura creatori suo præstat obsequium. Astra indicant nascentem, patientem obnubunt, recipiunt nubes ascendentem, redeuntem ad iudicium comitabuntur.

Cumq; intueretur in calũ euntẽ illũ, ecce duo uiri adstiterunt iuxta illos in uestibus

albis, qui & dixerunt: Viri Galilei, quid statis aspicientes in cælum? Hic Iesus qui assumptus est a uobis in cælum, sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in cælum. Id est, in ea forma carnis atque substantia uenit iudicandus, in qua ueniet iudicaturus. ¶ Nos ergo dignis moribus ascensum in cælum nobis præparemus, & peregrinari nos in hoc mundo ualde cognoscamus. In quo etiam si quædam commoda blandiuntur, nõ amplectenda sunt neque, sed despicienda sunt fortiter. Ideo dilectissimi frateres, si ascendere uultis in cælum, hoc in spe nostra interim roboremus, in hoc uoris omnibus æstuemus, hoc meditemur in terris, & compute-mur in cælis. Tunc exuturi carnis mortalitatem, nunc exuamus animi uetustatem. Facile enim corpus leuabitur in alta cælorum, si non premat spiritum sacra peccatorum. Quapropter dilectissimi erigamur ad eum, qui puluerem nostræ abiectiõis, corpus fecit suæ gloriæ, & ut ascensionis eius mereamur esse consortes, humilitati & patientiæ ipsius per omnia congruamus. Magni nominis militiã, magnæ professiõis suscepimus disciplinam. Sectatores Christi discedere a regia non licet uia, nec dignum est temporalibus occupari ad æterna tendentes. Et quia precioso sanguine Christi redempti sumus, glorificemus & portemus deum in corpore nostro, ut ad ea quæ fidelibus sunt præmia præparata, peruenire mereamur.

IN DIE SANCTO

Ascensionis domini. Marc. XVI.

In illo tempore Recumbentibus undecim discipulis, apparuit illis Iesus, & exprobrauit

Incredulitatem illorum. Et reliqua.



Ascensus in celum
 dominus, & per corporealem presentiam a
 discipulis recessurus, duritiam cordis & incredulitatem illorum exprobrare uoluit, ut maculas dubitationis sermo mundaret correptionis. Increduntur merito nouissime, non quod adhuc in incredulitate persisteret, sed quod primum non crediderunt citius. Legimus enim in euangelio secundum Lucam, quia cum de uocatae mulieres ualde diluculo ad sepulchrum domini uenientes, uisionem angelorum uiderent, quod dicerent eum uiuere, currentes nunciauerunt discipulis. At illi non crediderunt eis, sed uisa sunt earum uerba quasi deliramenta coram illis. Thomas autem unus de duodecim, qui dicitur Didymus, alijs discipulis dicentibus, Vidimus dominum non credidit, dicens: Nisi uidero in manibus eius fixuras clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Et ideo nouissime increpantur, quare primum ad credendum tardi uel duri fuerint. Neque enim de eius resurrectione dubitare debuerant, quod cum mortalis esset, mortuos suscitatem uiderant, maxime cum passionis & mortis genus ita uenisse cerneret, ut ab illo predictum recolebant. Siue certe ab eis recessurus, incredulitatem & duritiam cordis discipulorum exprobrare uoluit, ut nouissima eius uer

Luc. 24.

Ioh. 20.

ba tanto arctius eorū pectoribus inhereret, quanto durius p increpationem fuissent prolata. Sicut enim mala mens aliquando per increpationem deterior fit, sic bona ex correptione semper proficit, dicere Salomone: Corripe sapiētem, & amabit te: doce iustū, & festinabit accipere. Et quia solemus charissimis moriētibus, siue in longinq̄ regionem proficiscentibus, eorum nouissima uerba quodā uinculo amoris in memoria religare, uel qd ob scuriori inuentiōe repertum fuerit, recessurus dominus ab eis, duritiā cordis & incredulitatē illorū exprobrauit, ut nullū uestigiū dubitatiōis in eorū cordibus remaneret, qui ad alienam ignorantiam instruendā mittendī erant. Vltimam hanc apparitionem Marcus euangelista cōmemorat, q̄a post hęc nō legitur corporaliter uisus in terris loquēs, sed in aere caelum ascendens. Decies em̄ post suā resurrectionem hominibus apparuisse, ab euāgelistis describitur. Primo Mariæ Magdalene, stenti ad monumentum, Secundo, eidem Mariæ cū altera eiusdem nominis foemina, pergētibus nunciare discipulis eius resurrectionem, quando occurrit eis, dicens: Auete. Illæ aut̄ accesserunt, & tenuerunt pedes eius. Tertio, Simoni Petro. Quarto, duobus discipulis pgentibus in castellū Emaus, qn̄ Ioh̄. 20. cognouerunt eū in fractione panis. Quinto, discipulis ppter metum Iudaeorum in cōclauu residētibus, qn̄ non erat cū eis Thomas. Sexto, post dies octo, qn̄ erat cū eis Thomas. Septimo, piscantibus discipulis ad mare Tiberiadis. Octauo in Galilæa, qn̄ (sicut ait Marthæus euangelista) undecim discipuli abierunt in Galilæā in montē ubi cōstituit illis Iesus, & uidentes adorauerūt eū. Nono, ut p̄sens

Pro. 9.

Mar. 16.

Mar. 28.

Luc. 24.

Ioh̄. 20.

Mat. 28.

lectio narrat, quādo apparuit illis recumbētibus, & exprobrauit incredulitatem illorū. Decimo, nō Luc. 24 iam in terris, sed in aere loquens, qm̄ (sicut ait Lucas euangelista) eduxit eos extra ciuitatem in Bethaniā. & cum benediceret eis, eleuatis manibus, se rebatur in cælum. Et pulchre illis recumbentibus dñs apparere uoluit, quia inter recumbentes pax & concordia solet seruari. Cum ergo illis recumbentibus apparuit, ostendit illos sua uisōe esse dignos, qui pacem incōcussam etiā inter aduersa seruant, q̄ possunt cum Psalmista dicere: Cum his q̄ oderunt pacem, eram pacificus. Undecim discipulis apparuit, q̄a Iudas tradendo magistrum, ab eorum consortio sequestratus fuerat, & Matthias necdum in sorte electionis uocatus extiterat. Post increpatā autem duritiam cordis & incredulitatem, mox officium prædicandi adiungit.

Psal. 119.

Et dixit eis Iesus: Euntes in mundū uniuersum prædicare euāgelium om̄i creaturæ.] Potest mouere minus intelligentes, quomodo euāgelium prædicandum omni creaturæ dicatur. Nunḡ insensatis & brutis animalibus erat prædicandum? Nō. Sed om̄is creaturæ noīe, homo signatur. Si em̄ qualitas humanæ creaturæ cū cæteris creaturis subtilius cōferatur, cōmunionem & participationē quādam cum omnibus habere inuenitur: Sunt enim lapides, q̄ nec uiuunt, nec sentiunt. Sunt herbæ & arbuta, q̄ quāuis uiuant per uiriditatē, tñ non sentiunt, nec discernunt. Sunt bruta animalia q̄ uiuūt, sentiunt, sed nō discernunt. Sunt angeli q̄ uiuūt, sentiunt & discernunt. Habet ergo homo cū his creaturis portionem quandā, qui habet esse cum lapidibus, uiuere cū arboribus, sentire cū animalibus

brutis, discernere cum angelis. Omni ergo creaturae predicari precipitur euangelium, cum soli homini predicatur, quia ille docetur, propter quod omnia facta sunt, & cui omnia per quandam similitudinem communia sunt. ¶ Sive certe omnis creatura nomine, omnis natio gentium designatur. In quibus verbis, quantum nobis passio domini profuerit, qui ex gentibus credidimus, manifestatur. Qui enim prius dixerat: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oues quae perierunt domus Israel, nunc post resurrectionem ascensurus in caelum, precepit, dicens: [Euntes in mundum uniuersum, praedicate euangelium omni creaturae.] quod est dicere, omni nationi hominum. Quod Matthaeus euangelista manifestius declarat, dicens: Euntes ergo (in mundum uniuersum) docere omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Quapropter erubescat Iudeus infelix, qui dicit Christum tantum ad salutem suam esse uenturum, & non ad aliorum, cum ipse dicat: [Ite, baptizare omnes gentes.] Erubescant & Donatistae, qui eum localiter includere uolentes, dixerunt eum in Africa tantum esse, & non in alijs mundi partibus, cum idem ipse dicat: [Euntes in mundum uniuersum.] Sed ne frustra gentes ad credulitatem dei se uocari putarent, promissum credentibus promittitur, cum subinfertur:

Mat. 10:

Mat. 28.

Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.] Et quia quos lenis promissio ad credendum non suadet, duris terredi sunt, recte subiungitur:

Qui uero non crediderit, condemnabitur. ¶ In quo loco ordo baptizandi praedicatoribus de

monstratur, cum dicitur: [Qui crediderit & baptizatus fuerit.] Prius enim credulitas ponitur, & postmodum baptismum sequitur: quia nullus ignarus tñ mysterium suscipere debet, nisi prius a doctore instruatur & imbuatur. Postquam uero crediderit, baptizetur. ¶ Vbi curiosus lector opponere potest. Quid ergo fiet de paruulis, qui nesciunt loqui? Ad quod uera ratio respondere potest, quia sola fides parentum paruulis proficit in baptismo, ita tñ, ut cum ad legitimam ætatem peruenierint, instruantur & doceantur. Et pulchre eorum fides qui saluandi sunt, in fundamento ponitur, quia (ut ait scriptura) iustus ex fide uiuit, & sine fide impossibile est placere deo. Sicut autē fides origo est omniū uirtutum, sic incredulitas mater perditionis. Vnde & subditur: [Qui uero non crediderit, condemnabitur.] Quia sicut dñs alibi ait, qui non credit, iam iudicatus est. Et itē. Nisi qs renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum dei. Sed forte dicit aliquis: Ego iam credidi, & saluus ero. Verum dicit, si hoc qđ profitetur uerbis, implet operibus. Vera enim fides est, quæ hoc perficit opere, quod cōfiterur ore, secundum quod dñs ait ad discipulos: Scitis hæc, beati eritis si feceritis ea. Hinc & Apostolus: Cor de enim creditur ad iustitiam, ore autē confessio fit ad salutem. Confessores em̄ dominus suos, operatores uult esse. Cæterū frustra sibi de sola fide blāditur, qui bona operari negligit, qđ sicut ait apostolus Iacobus: Fides sine operibus mortua est. Sūt autē plurimi huiusmodi, qđ peius est. sicut ait Apostolus, qui confitentur uerbis se nosse deum, factis autē negant. quales dñs in euangelio reprobat, di-

Haba. 2.

Heb. 11.

Ioh. 3.

Ibidem.

Ioh. 13.

Ro. 10.

Iac. 2.

Titi. 1.

Luc. 6. cens: Quid aut uocatis me domine dñe, & non factis que dico: Et per prophetam: Populus hic me labijs honorat, cor aut eorum longe est a me. **Isa. 29.** si aut apostoli ad predicandum euangelium omni creature, ne causarētur tātum opus se perficere nō posse, uisibilia miraculorum signa eis in adiutorium promittuntur, cum dicitur:

Signa aut eos qui crediderint, hec sequentur. In nomine meo dæmonia eicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super agros manus imponent, & bene habebunt. ¶ Quæ omnia per apostolos eorumq; successores etiā ad literā esse complera nullus ignorat, qui eorum actus uel uitas legit. Sed ex pluribus pauca commemoranda sunt. In nomine em̄ Christi frequenter ab obsessis corporibus apostoli dæmonia eiecerunt, sicut Paulum fecisse legimus, quando puella, que habebat spiritum pytonis, sequebatur eum per multos dies. Dolens autem ille, & conuersus spiritui dixit: In nomine Christi precipio tibi ut egrediaris ab ea. Et statim sana facta est. Linguis locuti sunt nouis, non solum apostoli die sancto pentecostes, cum in linguis igneis spiritum sanctum acceperunt, sed etiam sicut in Actibus apostolorum

Act. 8. legimus, cum per impositionem manuum eorum spiritus sanctum acceperunt, linguis loquebantur & prophetabant. Serpentes tulerunt, sicut Paulum apostolum legimus fecisse, qui cum nauigasset ad quandam insulam, & collecta sarmentorum multitudinem imposuisset super ignem, uipera a calore ignis egressa, inuasit manū illius. Et cum putarent eum subito casurum, & cito moriturum, ipse

Act. 28. legimus, cum per impositionem manuum eorum spiritus sanctum acceperunt, linguis loquebantur & prophetabant. Serpentes tulerunt, sicut Paulum apostolum legimus fecisse, qui cum nauigasset ad quandam insulam, & collecta sarmentorum multitudinem imposuisset super ignem, uipera a calore ignis egressa, inuasit manū illius. Et cum putarent eum subito casurum, & cito moriturum, ipse

excutiēs manu bestiam, in ignem proiecit, & nihil mali sustinuit. [Et si mortiferum qd biberint, non eis nocebit.] Legimus in ecclesiastica historia Eusebii Cesarensis, Iohannem discipulum dñi, propter insuperabilem constantiam euāgelizandi ueneno potatum esse, & nihil mali passum fuisse. In eisdem quoq; patrū literis Barnabas legitur eundem mortiferum potum bibisse, sed mortis periculum non sensit. [Super aegros manus imponent, & bene habebunt.] Non solum per impositionem manuum apostolorum infirmis redditā legimus sanitatem, sed (ut in Actib⁹ apostolorum narratur) de corporibus eorum tollebantur sudaria & succinctoria, & super infirmos ponebantur: per plateas quoq; in lectulis & grabatis ponebāt infirmos, ut uenientē Petro, saltem umbra illius obumbraret quenquam illorum, & sanabantur a quacūq; infirmitate detinebantur. Et hoc est qd dñs alibi promittit, dicens: Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet. ¶ Forte etiam aliquis dicit hanc eandē gratiā nūc in ecclesia nō esse, quia iisdē miraculis corporalibus non coruscat. Cui respondendum est, eandem uirtutem esse nūc in ecclesia, quæ prioribus temporib⁹ fuit. Quod uero priscis temporibus signis corporalibus refulsit, sciendū est, quia ut fides cresceret in exordio nascentis ecclesiæ, miraculis corporalibus nutriēda erat. In hoc em̄ signa miraculorum manifestata sunt, ut corda uidentium ad inuisibilia credēda repererentur. Sic ut em̄, uerbi gratia, cum arbuta plantamus, tam diu eis ad radicem aquam fundimus, quousq; ea cōualuisse uideamus, & cū radicem fixerint, irrigatio cessat:

M ij

Act. 19.

Actu. 5.

Ioh. 14.

sic nouella plantatio ecclesie, ut incrementum fidei proficeret, miraculis corporalibus erat irriganda. Postquam autem in fide firmiter radicata est, exteriora miracula cessauerunt, quia ut ait Apostolus:

1. Cor. 14. Linguae in signum sunt, non fidelibus, sed infidelibus. Quotidie namque ecclesia spirituales uirtutes operatur, quas per apostolos prioribus temporibus operabatur. In nomine enim Christi demonia eijciuntur, cum per ministerium sacerdotale & gratiam exorcismi, ab illorum mentibus, qui in nomine sanctae trinitatis baptizantur, illorum potestas excluditur. Linguis loquuntur nouis, cum hi qui erant consueti mendacijs, periurijs, detractionibus, maledictionibus, ad deum laudandum & benedicendum conuertuntur. Et cum exhortantur proximos, consolantur dolentes, corripiunt negligentes commutantes labia sua, & abstinentes se a malo & a prauo eloquio, dicentes, cum Psalmista: Di-

Psal. 38. xi, custodiam uias meas, ut non delinquam in lingua mea. Et iterum: Quonia omnia iudicia eius in

Psal. 17. conspectu meo, & iustitias eius non repuli a me. Et ero immaculatus cum eo, & obseruabo me ab iniquitate mea. Cumque in suis & alienis cordibus cogitationes uenenosas & immundas diuini non sinunt, serpentes nimis pariter tollunt. Cum uero a proximis uerba detractionis, & peruersa consilia audiant, sed usque ad effectum operis eis non consentiunt, mortiferum quoddam bibunt, sed non eis nocet. Quicumque enim aut in fide turbat, aut in bono operetrepidat, profecto eger est animo, quod quis et uerbalibus ideo uerbum praedicationis impendit, uel exemplum boni operis ostendit, ut eos in bono opere firmiores reddat, super aegros manus im-

ponit, ut bene habeant. Hæc autē signa tanto ma-
iora sunt, quāto spiritualia: & tāto meliora, quan-
to per hæc non corpora sanantur cito moritura,
sed animæ in æternum uicturæ. Nam exteriora si-
gna eo minorem mercedem in futuro expectant,
quo maiorem gloriam in præsentī recipiunt: inte-
riora autem tanto maiorem gloriā in futuro præ-
stolantur, quanto minus in præsentī ab homini-
bus uidentur. Et exteriora quædam etiam mali habe-
re possunt, quales dicturi sunt: Dñe domine nōne **Mat. 7.**
in nomine tuo prophetauimus, dæmonia eieci-
mus, uirtutes multas fecimus? Quib⁹ respōdetur:
Amen amē dico uobis, nescio uos. Discedite a me
operari iniquitatis. Non em̄ curat deus per quos fa-
ciat uirtutes, ut saluet eos, q̄s in perpetuū uult ha-
bere. Spūales uero q̄ habēt, mali esse non possunt.

Et dominus quidem Iesus postquam lo-
cutus est eis, assumptus est in cælū. ¶ Igitur post-
quam dñs ad prædicandum euangelium aposto-
los omni creaturæ in mundum misit, postquam si-
gna & uirtutes eos, qui credituri erant in nomine
eius, secuturas prōmisit, ascendit in cælum, osten-
dens illuc eos quandoq; esse uenturos, quo caput
suum præcessisse cognoscerent, sicut ipse patrem
postulat, cum dicit: Volo pater ut ubi ego sum, ibi **Ioh. 12.**
sit & minister meus. Et item: Vbi fuerit corpus, il-
luc cōgregabūtur & aquilæ. Concordat autē Lu- **Luce. 17.**
case euangelista cum his uerbis, qui cū narraret do-
minum dixisse discipulis, Et uos quidem eritis mi-
hi testes in Ierusalē & in omni Iudæa & Samaria, **Actu. 1.**
& usq; ad ultimum terræ, cōtinuo adiunxit, dicens:
Et cum hoc dixisset, uidentibus illis eleuatus est, &
nubes suscepit eum ab oculis eorum. ¶ Vbi confi

derandū est, quia dñs ascensionis suæ testes & præ-
 cursores in ueteri testamēto habere uoluit, unum
 ante legem, & alterum sub lege, Enoch scilicet &
 Eliam: quia sicut ipse Ioseph uenditus, dñi uendi-
 tionem ac passionem præfigurauit, sic Enoch trās-
 latus, & Elias curru igneo raptus, illum præfigu-
 rauerunt qui super omnes cælos, erat ascēsurus Et
 illi quidem ut puri hoēs sarcina peccatorum gra-
 uati, auxilio indiguerunt angelorū, ut in regionē
 quandam secretiorem transferrentur, non fun-
 ditus mortem uitantes, sed ad tempus differentes.
 Vnde unus translatus, alter uero raptus memora-
 tur. Dñs autem Iesus Christus, quem nulla morta-
 litas corruptionis grauabat, nō indiguit in ascen-
 sione auxilio angelorum, qui propria uirtute pene-
 trauit alta cælorum, sicut ipse in euangelio ait: Ne-
 mo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo fi-
 lius hominis, qui est in cælo. Et p. ppheta m. Nunc
 exurgam, dicit dñs, nunc exaltabor, nunc sublima-
 bor. Vbi notandum est, quia p incrementa tem-
 poris munditia excreuit castitatis, iuxta illud q. p
 Daniele m dicitur: Perit asibunt plurimi, & multi-
 plex erit scientia. Translatus est Enoch, qui per coi-
 tum genitus & per coitum generans, uxorem & fi-
 lios habuisse legitur. Raptus est Elias, per coitum
 genitus, non tñ per coitum generans, quoniam
 uxorem & filios habuisse non legitur, Non ita en
 in cælum æthereum, sed potius in aerem. Assump-
 tus est autem dñs Iesus Christus, qui mortis supera-
 uit autorem nec per coitum genitus, nec per coi-
 tum generās, non in cælum æreum, sed in cælum
 ætherum Qui genitus est ante omnia secula de pa-
 tre sine matre, & natus est de matre sine patre in fi-

Ioh. 3.

Psal. 11.

Dani. 12.

ne seculorum. Nec solum sancti patres dominicā
 ascensionem exemplis præfigurauerunt, sed etiā
 uerbis prædixerunt. Ait enim Dauid: Exaltare su
 per caelos deus, & super om̄em terram gloria tua. **Pfal. 56.**
 Et item: Ascendit deus in iubilatione, & dominus **Pfal. 46.**
 in uoce tubæ. Et alibi: Ascendens in altum, capti
 uam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. **Pfal. 67.**
 Hodie enim patefacta est om̄ibus ianua regni cæ
 lorum, quia homo a deo assumptus, alcēdit super
 omnes uirtutes angelorum, Psalmista testāre, qui
 ait: Et ascendit super Cherubim & uolauit, uola
 uit super pennas uentorum. Hodiernæ ascētionis **Pfal. 17.**
 singularem uolatum mirabatur sponsa in Canti
 cis canticorum, cum diceret: Ecce iste uenit salies **Can. 2.**
 in montibus, transliēs colles. Hodie facta est no
 ua letitia in cælo angelorū, q̄a homo perditus per
 dñm reuocatus est ad regna celorū. Quod aut̄ ait,

Et sedet a dextris dei,

nō deus pater dexterā habere credendus est sicut
 nos, q̄ incorpore⁹ est & immēsus, sed totus dexter,
 q̄a totus est sanctus. Igitur in dextera dei, eq̄litas
 potētia designatur. Ad dexterā ergo dei sedere de
 scribitur, quia hominem, quē ex nobis assumpsit,
 per ascensionē diuinitati sociauit, de quo per Psal
 mistam dicitur: Dixit dñs domino meo, sede a de
 xtris meis, Donec ponam inimicos tuos sca bellū **Pfal. 109.**
 pedum tuorū. Sicut em̄ in sinistra reprobis ponen
 di sunt, ita ad dexterā electi, ipso iudice teste, qui
 ait: Statuet quidem oues a dextris, hædos aut̄ a si
 nistris. A dextris igitur dei sedere dicitur, ut ibi se **Mat. 25.**
 uentura credant esse membra, quo caput suum au
 dunt præcessisse, sicut per Apostolum dicitur: Si **Colof. 3.**
 consurrexistis cū Christo, quæ sursum sunt quæri

te, ubi Christus est in dextera dei sedens. ¶ Quæ-
tur autē, q̄re Marcus dicat, [Sedet a dextris dei,]
cum Stephanus referat: Ecce uideo caros aptos, &
Iesum stantē a dextris dei. Quid est quod iste hūc
sedentem, ille uero stantē commemorat, nisi quia
sedere regnantis est, stare autē pugnantis uel adiu-
uantis. Marcus uero post ascensionem hunc se-
dentē describit, q̄a qui nūc cū patre iudicat omnia,
ad extremum iudex est omnium uēturus. Stepha-
nus autem in certamine positus, stantem cum ui-
dit, quem adiutorem sumpsit: quia ille pro Stepha-
no pugnat, qui ei ut uinceret retribuebat.

Illi autem profecti, prædicauerunt ubiq̄;

¶ Psal. 18. ¶ Prædicauerunt namq̄ ubiq̄, ut impleretur pro-
phetia, quæ dicit. In omnem terram exiuit sonus
eorum, & in fines orbis terræ uerba eorū. Et ita:

Ibidem Non sunt loquelæ neq̄ sermones, quorū non au-
diantur uoces eorum. Nec putādum est quod sta-
tim post domini ascensionem ubiq̄ ad prædican-
dum sint missi, sed iuxta dñi iussione manserunt in
ciuitate, quousq̄ uirtute induerētur ex alto. Post-
quā spiritus sancti dona perceperunt, primum Iu-
dæis uerbum dei annunciauerunt, ut illis non cre-
dentibus, iuste fieret ad gentes transmigratio sicut

¶ Act. 13. ipsi dixerunt: Vobis quidem oportuerat primum
loqui uerbum dei. Vnde olim cum prædiceret p̄-
pheta gentes concorporales & cohæredes fieri ec-
clesiæ dei, ait: Parum est ut sis mihi seruus ad susci-
tandas tribus Iacob, & fœces Israel conuertendas.

¶ Et item: Dedi te in lucem gentium. Et rursus: Lon-
gos fac funiculos tuos, & clauos tuos cōsolida. Ad
¶ Isai. 42. dextram enim & læuam penetrabis, & semen tuū
¶ Isai. 54. gentes hæreditabit. ¶ Et ne putares ap̄ ostolos ad

predicandum ubique euangelium idoneos sua uirtute esse, euangelista re necessaria adiunxit, dicens:

Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.] ¶ Confirmauit dominus sermonem apostolorum sequentibus signis, quando per eos talia signa & uirtutes ostendit, ut nullus doctrinam eorum ex deo esse dubitaret, qui miracula conspiciebat. Talia uero signa per eos fecit, ut etiam quidam persecutores & contradictores compuncti, crederent: ut dum unus resuscitaretur corporaliter, multi resuscitarentur spiritaliter: & dum unus sanaretur in corpore, multi sanarentur in anima. Sed ipsi apostoli sermonem suum confirmauerunt deo secum cooperante, quando quod alijs predicauerunt uerbis, prius impleuerunt operibus. Confirmat autem doctor suum sermonem, quando quod alios docet, ipse prius opere complet: illum bonum doctorem imitatus, de quo scriptum est: Cœpit Iesus facere & docere. Act. 1.

DOMINICA POST ASCENSIONEM domini, I. Petri. IIII.

Charissimi, Estote prudentes, & uigilate in orationibus, Et reliqua.

Apostolica nos uerba fratres charissimi considerare oportet, quæ in presenti lectione beati Petri nos admonentem atque docentem audiimus. [Estote itaque prudentes, & uigilate in orationibus,] complentes opere ea quæ sunt in euangelio scripta.

Ante omnia autem mutuam in uobismet ipsis charitatem continuam habentes.] ¶ Hæc enim maior esse omnibus uirtutibus creditur: quia charitas operit multitudinem peccatorum.